



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE MEMBRIS ECCLE-||SIAE MILITANTIS,|| TRIBVS LIBRIS|| EXPLICATA.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1599]**

**VD16 B 1607**

XL. De habitu & tonsura Monachorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53880)

tium apud Magdeburgenses; nimis hinc facile euauis-  
sent omnes ipsorum obiectiones.

## C A P V T   X L .

## De habitu, &amp; tonsura Monachorum.

**S**EQUITVR Disputatio SEXTA de habitu, & tonsura, de quibus duo explicanda sunt. PRIMO, antiquitas harum cærimoniarum. SECUNDO, ratio earum; nam Magdeburgenses Centur. 4. cap. 6. colum. 467. loquentes de habitu, & tonsura Monachorum, dicunt esse res superstitiones, & non cōformes Scripturæ, nec usui purioris Ecclesiæ. Caluinus quoque lib. 4. Instit. cap. 19. §. 27. videtur indicare, cœpisse usum tonsuræ tempo-  
re Augustini, caussam autem fuisse dicit, quia eo tempore so-  
li homines effeminati, & delicati alebant comam: non au-  
tem videbatur permittendum Clericis, & Monachis, ut id  
facerent, quod soli faciebant lasciuiores, & moliores; po-  
stea vero corruptionibus temporibus excogitata esse myste-  
ria, & significaciones.

Quidam vero HORTENSIVS Landus librum scripsit de  
persecutione Barbarum, ubi multa dicit contra tonsuram  
Monachorum. Et ne videatur sine Scriptura loqui, profert  
aliquot Scripturas Testamenti veteris. Prima est Leuit. 19.  
vbi Dominus ait: *Non attonderebitis comam in rotundum.* Cui  
similis est locus Hierem. 9. vbi Dominus dicit, se dispersurū  
omnes circumtondos in comam. Tertia est Leuit. 21. vbi de  
Sacerdotibus dicitur: *Non radent caput, nec barbam.* Quarta  
est Ezech. 44. vbi idem habetur. Quinta in epistola Hiero-  
mæ apud Baruch, cap. vlt. vbi Hieremias ridet idolorum Sa-  
cerdotes habentes caput, & barbam rasam.

Quantum igitur ad vestes, quod antiquissimum sit in-  
stitutum, ut qui profitentur mundi contemptum, & pœni-  
tentiam, singulari & notabili habitu induantur, patet pri-  
mo ex DIONYSIO, capit. 6. Ecclesiastice Hierarchiæ, vbi  
de professione Monachi loquens, ita ait: *Sacerdos, inquit,*  
*Signo crucis eum consignatum tondet, omniisque ueste detra-*  
*cta, eum alia induit.* Sc. Eusebius libro 2. histor. capit. 24.  
scribit ex Egesippo Iacobum Apostolum fratrem Domini

nun-

nunquam induisse laneam vestem, sed sola syndonius vsum.

A THANASIVS in libro de virginitate ante medium docebat sanctimoniale, ut fuscum vestem & vilem gerat. BARTHOLOMEVS epist. I. ad Gregorium multa dicit de habitu Monachorum & similiter in questionibus fuscè explicatis, q. 22. CHRISTOPHERVS homil. 69. in Matthæum dicit, Monachos habent imitari Heliam, & Ioannem. & libro de comparatione legis & Monachi dicit, Monachum uno tantum amictu, induto suo conformi, ut solere.

PALLADIVS in historia Lausiaca, cap. 41. diciteram virginines sanctimoniales suo tempore cucullis viri consueuerunt.

TERTULLIANVS lib. de velandis virginib. meminimus habitus Deo dicati, quo vtebantur sanctimoniales.

AMBROSIUS lib. 6. epist. 36 de Paulino loquens, quod magno viro in seculo, & nobili senatore Monachus factus fuerat, & eo facto multos gentilium senatorum offendit: Et cum ipse, inquit, capita & supercilia suaradant, quando Isidis suscipiunt sacra: si forte Christianus vir attior sacro sanctæ religioni vestem mutauerit, indignum fatus appellant.

HIERONYMVS in epist. 4. ad Rusticum Monachum Vidi quosdam, inquit, qui postquam renunciaveré seculo, vestimentis duntaxat, & vocis professione, non rebus, nihil de conuersatione præstina mutauerunt. Epistol. 13. ad Paulinum Tunicam, inquit, mutas cum animo, &c. Et epist. 15. ad Macellam: Tunicam fusciorum, inquit, induta serpente Domino consecravit. Epist. 22. ad Eustochium de virginitate monachorum cœnobitarum eundem fuisse habitum dicit, nimirum tunicam & sagum, quibus in vita Hilarionis addit cucullus dicit enim vestes eius fuisse, tunicam sacceam, palliolam, & cucullam. Epist. 27. ad Eustochium de obitu Pauli loquens de sanctimonialibus: Vetus, inquit, omnium habitus, limite mine ad tegendas solum manus habebantur.

AVGVSTINVS lib. 6. contra Faustum, cap. 9. dicit, portum esse, si vel sanctimonialis gerat ornamenta nuptiarum, vel nuptæ speciem virginum vestibus referant, & in epist. 39. ad Ediciam indicat, fuscum vestem fuisse tunc insigne continentiam profitentium.

GRÆGO

GREGORIUS lib. 2. Dialogorum, cap. 1. meminit habitus Monachi, & lib. 3. cap. 14. meminit habitus sanctimonialis. denique CASSIANVS totum primum librum de institutis cœnobiorum consumit in explicando habitu Monachorum, docens eos præscriptum habitum professioni congruentem à maioribus accepisse. ADD E duo Cœcilia; nam Gangrense can. 12. reprehendit eos Monachos, qui ob habitum superbiebant, & contemnebant alios Christianos, qui communibus vestibus vtebantur. Concilium Carthaginense IV. can. 104. distinguit habitum laicalem ab habitu religioso. De habitu Clericorum, vide Chrysostomum homil. 83. in Matth. & Hieronymum lib. 1. contra Pelagianos, vbi meminerunt candidæ vestis. Item Hieronymum in Epitaphio Nepotiani, vbi meminit sacræ tunicae, qua vrimur in mysterio Christi.

IAM quod attinet ad rationem habitus monastici, ea redditur ab iisdem Patribus; nam cur vestem mutet Monachus futurus, rationem esse dicit Dionysius, cap. 6. Eccles. hierar. ut significetur vitæ mutatio. cur proprio & certo vtantur religiosi vestium genere, rationes duas reddit Basilius q. 22. ex diffusè explicatis. PRIMA ratio est ad designandam propriam professionem. Si enim conuenit, ut aliter vestiantur senatores, aliter milites, aliter nobiles, aliter rustici, & si Paulus I. Cor. 11. iubet virum aperto capite orare ad significandam potestatem, mulierem verò velato ad significadam subiectionem, cur non conueniet religioso certam vestem deferre ad significandum statum suum? SECUNDA ratio est, ut religiosi saltem inuiti cogantur rectè viuere. si non habent certum habitum, non internoscerentur ab aliis. at nūc ab omnibus statim cognoscuntur & obseruantur, & si quid agant contra suam professionem, ab omnibus notantur, & reprehenduntur.

Cur vtantur cucullis, rationem esse dicit Cassianus loco notato, ad designandam simplicitatem, innocentiamq; infantilem, ad quam Monachi redire cupiunt. Infantes enim dum adhuc in fasciis, & sinu nutritis versantur, velis quibusdam quasi cucullis teguntur. Cur autem veste horrida, ut sacco, aut certè simplici, & vili vtantur, causam reddunt Hieronymus & Cassianus locis notatis, tum ad agendam pœnitentiam,

DDd d

tentiam,

centiam, tum ad mundi contemptum demōstrandū. Vt  
faccos, & asperas vestes, habitum esse pœnitentium. Sime-  
ta testatur, cūm inducit Achab pœnitentem sacco indum,  
3. Reg. 21. & Heliā veste pilosa tectum, 4. Reg. 1. & Ni-  
tas sacco vestitos, Ionæ 3. & Ioannem pilis camelorum ves-  
tem, Matth. 3. & denique multos alios: Circumeunte in  
lotis, & in pellibus caprinis, Hebr. 11.

Quia tamen potest quis & benè, & malè vti veste indu-  
ta, id est, insigniter contempta, vel horrida; monet sapientia.  
B. Augustinus lib. 2. de sermone Domini in monte, cap. 13.  
**ex sola veste neminem iudicemus, sed ex aliis eius opibus**  
discamus, vtrum id faciat cōtemptu superflui cultus, au-  
bitione aliqua, & simulatione sanctitatis. Potest enim in  
ouina pelle lupus latere, nec tamē debet quis deponere  
lem suam, quia sub ea aliquando lupus delitescit.

NUNC ad tonsuræ antiquitatem ostendendam, habemus  
in primis Dionysium eodem cap. 6. Eccles. hierarch. vbi dicit,  
Monachum futurum primum tonderi. Deinde, in  
alia veste, priore abiecta. Habeamus D E I N D E Anicetus  
epistola ad Gallos, vbi iubet radi caput in modum sphaer.

TER TIO, Athanasium in libro de virginitate, Palladius  
in historia Lausiaca, cap. 41. & Hieronymum in epistola  
Sabinianum Diaconum, qui testantur etiam sanctimoniis  
les tonderi consueuisse.

QVARTO, Epiphanium hæres. 80. & Augustinum de  
pere Monachorum, cap. vltimo, qui acriter reprehendunt  
quosdam Monachos crinitos, qui tonderi more aliorum  
nolebant.

QVINTO, Hieronymum & Augustinum, qui coronationis  
cerdotalis meminerunt. Hieronymus in epist. ad Augustinum,  
quæ est 26. inter epist. Augustini: Fratres tuos Dominum meum  
Alipium, & Dominum meum Euodium, vt meo nomine clau-  
zes, precor coronam tuam. Augustinus in epistola ad Proculianum  
Episcopum 147. Per coronam nostram nos adiuvant  
Vestri, per coronam Vestram vos adiuvant nostri, &c.

SEXTO, Isidorum lib. 2. de officiis diuinis, cap. 4. & Bedini  
lib. 5. historiæ Anglorum, capit. 22. quorum prior ab Apo-  
stolis dicit institutam esse tonsuram & coronam Clerico-  
rum, & Monachorum, posterior dicit S. Petrum omnium  
primum

primum gestasse coronam capillorum, toto reliquo capite detonso, & ad eius imitationem omnes Clericos & Monachos idem suscepisse.

SEPTIMO, Iustinianum, qui in authenticis collat. 7. tit. 5. cap. 2. & 3. distinguit tonsuram Monachorum nouitorum, quam Laicorum tonsuram vocat, à tonsura professorum.

OCTAVO, Concilia; nam Concilium Carthaginense. IV. can. 44. prohibet Clericos alere comam aut barbam. Concilium Toletanum IV. can. 40. iubet, ut omnes Clerici toto capite detonso, solum circulum capillorum supra aures relinquant. ex quo apparet, olim eandem fuisse coronam Clericorum & Monachorum: sed Monachi quidem seruarunt antiquam consuetudinem, Clerici verò magna ex parte illam mutauerunt.

Vt autem ad rationem tonsuræ veniamus. PRIMUM falsa est Caluini ratio; nam quod tempore Augustini non solùm aliqui dissoluti comam gestarent, sed multi alij probi homines, idq; sine peccato facerent; ex eo patet, quod pœnitentes inbebantur tondere caput in signum doloris, & pœnitentie, ut patet ex Concilio Agathensi, can. 11. & Toletano III. can. 12. & præterea non solùm Clerici, & Monachi tondebantur, sed ita tondebantur, ut corona capillorum appareret, quod certè non erat in communi vsu Laicorum.

ALIA ratio redditur ab Isidoro lib. 2. de officiis diuinis, cap. 4. quod nimirum Monachi tondebantur ad imitationem Nazaræorum, qui in die consecrationis suæ tondebantur, ut dicitur Num. 6. Nazarei enim sunt Monachi Testamenti veteris. At hæc ratio non mihi probatur, siquidem Nazarei tunc solùm tondebantur, cùm desinebant esse Nazarei, insigneq; illorum erat longa cæstaries, ut ex eodem cap. 6. Numeri patet. Immò EPIPHANIVS hæresi 80. probat Monachos nostros debere esse tonsos, quia gerere comam longam, est proprium Nazaræorum Testamenti veteris. Sicut etiā Augustinus libro de opere Monachorum, prope finem dicit, Patres Testimenti veteris meritò gestasse longos capillos, quia mysteria redemptionis nondum reuelata erant. Idem enim significabat velamen positum in facie Mosis, & coma longa Sanctorum. At nunc posteaquam Christus apparuit, conuenit, ut qui Christo sunt consecrati, contrarium

significet ablatione comarum. & hæc potest esse ratione  
nostræ tonsuræ.

**S E C U N D A M** reddit Beda lib. 5. hist. cap. 22. ad expin-  
dam imaginem spineæ coronæ Christi, ut enim omnes Chri-  
stiani signo communi crucis ornantur, ita patet, ut Cle-  
rci & Monachi, qui specialius Christum paticutem ini-  
volent, speciali signo ornarentur.

**T E R T I A M & Q U A R T A M** rationem reddunt Isidorus  
lib. 2. cap. 4. de officiis, Rabanus lib. 1. de instit. Clericorum  
cap. 3. & Hugo lib. 2. de Sacramentis, part. 3. cap. 1. dicunt  
nimis tondere capillos, qui sunt superflua quædam corporis  
partes, ad significandum, debere Clericos & Monachos  
omnia superflua, & præcipue virtuosas cupiditates amputare.  
ut sic maneat vertex, id est, animus liber, & apertus diuini  
contemplationibus, & illustrationibus: & rursum sic con-  
deri dicunt, ut relinquatur circulus capillorum, ad sig-  
nandam regiam coronam, quandoquidem seruire Deo  
gnare est.

**Q U I N T A M** reddit Dionysius, cap. 6. Eccles. hierarchi  
significetur illa nudatione capitis, vita pura & aperta, nuda  
cata vlla specie, quam Monachus exhibere debet.

Posset addi **S E X T A** ratio tonsuræ Monachorum, nimis  
ut signum esset penitentia, & conuersio; nam, ut antiqui  
ximus, penitentes olim non nisi tonsi recipiebantur. Poterat  
tonsuræ sanctorum monialium rationem moralem reddit His-  
ronymus in epistola ad Sabinianum, quia nimis nuda  
vabantur, nec vngabantur caput, & periculum erat, ac  
paruis animalibus, quæ inter cutem & crines oriuntur, &  
concretis sordibus opprimerentur. Quanquam negari non  
potest, quin etiam id fiat ad contemptum mundi demonstra-  
dum; solent enim fœminæ capillos plurimi facere.

Est autem hoc loco obseruandum, olim non tam rafata,  
quam tonsuram fuisse in usu. tondebantur enim demissæ  
quidem, sed ita tamen, ut cutis tecta maneret. Id apparet  
**CLEMENTE** Alexandrino lib. 3. pædagogi, cap. II. Sed poly-  
inquit, tondendi sunt, non nouacula, sed tonsorum forficulae.  
Item ex **OPTATO** Mileuitano, qui lib. 2. contra Patmenianos  
arguit Donatistas, quod Catholicis Sacerdotibus, per vim  
capita raserint; Docete, inquit, & vos mandatum sit, radere  
capita.

capita Sacerdotibus, cum è contrario tot sint exempla proposita, fieri non debere. Item ex HIERONYMO in cap. 44 Ezechielis, vbi dicit Sacerdotes non debere comam alere, nec tamen radi, sed ita tonderi, ut cutis recta maneat. Deniq; Dionyius, Epiphanius, Hieronymus, Athanasius, Palladius, Augustinus, Isidorus, Beda, & Concilia Carthaginense & Toletanum, nusquam nominant rasuram, sed solam tonsuram. Vnde est Anicetus Papa, qui, ut dixi, rasuræ meminit, sed non est ea epistola prorsus indubitata; forte enim falsum titulum præ se fert. Nec tamen propterea reprehendimus usum huius temporis, quo Monachi & Clerici raduntur; nam nec unquam fuit prohibitū radi, & præterea eiusmodi cærimoniaz, pro temporum & locorum diuersitate, variari possunt.

Ad argumenta HORTENSII respondemus, in primis precepta illa esse cærimonialia, & propterea non magis obligare, quam obligent circumcisio, sacrificia, &c. Dico præterea primum & secundum locum ex Leuit. 19. & Hierem. 9. nihil concludere; nam ut rectè notauit Isichius in hunc locū, tondere comam in rotundum, non est comam scindere, sed ornare. Itaque prohibebat Deus Iudæis, ne comam rotundam efficerent; quod certè Monachi non faciunt, qui comam radunt, uno circulo capillorum excepto. Neq; hoc Deus absolute prohibebat, sed solùm propter intentionem malam, nimis ne hoc fherent in cultū dæmonis, ut eo tempore & in iis locis gentiles faciebant, ut notant Theodoreus q. 28. in Leuiticum, & Isichius, ac Radulphus in hunc locum.

Ad tertium Leuit. 21. dico, ibi non præcipi Sacerdoti, ne radat caput absolute, sed ne radat in morte alicuius propinquai sui, in signum doloris. voluit enim Deus Sacerdotes esse ceteris constantiores.

Ad quartum Ezech. 44. dico, Sacerdotibus Iudæorū fuisse prohibitam rasuram, non quod in se mala sit, sed ne videretur similes Sacerdotibus gentilium, in quorum vicinia hababant, qui toto capite raso idolis sacrificabant, ut ex epist. Hieremiae apparet. Quod ex se non esset malum, patet, quia Ezechiel, qui Sacerdos erat, iubetur à Deo radi. Ezech. 5. & præterea Num. 6. Nazareus completo tempore cōsecratiōnis sua iubetur radi. Vnde Paulo dicit Iacobus Act. 21. *Sunt nobis viri quatuor, habētes votum super se, his ergo assump̄tis*

*sanctificate cum illis, & radant capita sua. Solum ergo  
pter viciniam idololatrarum prohibebantur Sacerdotes  
deorum radi. quæ forte causa erat, cur Optati, Hieronimi,  
& Ambrosij tempore Christiani Sacerdotes non raderent  
sed tenerent; nam adhuc ipsorum tempore erant Sac-  
cetes Isis, qui caput radebant, ut Ambrosius epistola 33  
Hieronymus in caput 44. Ezech. testantur. postea quia  
illa causa cessauit, nihil absurdum faciunt, qui ad aliqui  
crum significandum caput radunt.*

*Ad ultimum dico, Hieremiam non ridere illos Sac-  
cetes, quia radebant caput, & barbam, sed quia id faciebant  
in honorem Deorum ligneorum, qui non poterant renun-  
ciare cultores suos.*

## CAPVT XLI.

*Licere Monachis manibus laborare.*

**R**33 ESTAT postremò Disputatio de ratione vien-  
di, siue de opere corporali Monachorum. Sed  
autem quatuor modi viendi apud homines  
ligiosos. Vcl enim viuunt ex labore proprio, re-  
dentes aliquid, & ementes aliud: vel viuunt ex bonis fa-  
communibus, id est, ex bonis quæ religiosi ipsis ad mona-  
chium adferunt, & in commune constituunt: vel ex bonis  
licitis ac donatis à piis viris: vel ex mendicatione.

De singulis dicendum est. AC PRIMVM, de primo duo fu-  
runt extremi errores. VNVS eorum, qui dicebant, non li-  
cere religiosis operari, & laborare pro victu, sed debere eos  
confidere in Dei prouidentia, & viuere ex alienis laboribus;  
huius erroris fuerunt Messaliani, siue Euchitæ, apud Ep-  
iphanius hær. 80. & rursus quidam apud Carthaginem, tunc  
Augustino lib. 2. retract. cap. 21.

ALTER error fuit Gulielmi de sancto amore, & postea Ioan-  
ni Viclefi apud Thomam VValdensem lib. 4. doct. fidei anti-  
quæ, art. 2. cap. 22. & Ioannis Caluini lib. 4. Instit. cap. 13. & 14.  
qui docent teneri Monachos ex proprio labore viuere, quæ  
quam Gulielmus non omnes religiosos obligabat ad labo-  
randum manibus, sed eos solum, qui non habent bona sita-